

Omnen dubitandi causam præcidit, cum avunculum puella Numitorium ita loquentem facit, *σώματ' ἔστι δουλείας ἔξ ἡλευθέριας ἀγορεύου μὴ τὸρὰ φαιρούμενον τὴν ἐλευθέριαν ἀλλὰ τὴν φιλὰν τὸν κούριον εἶναι μὴ κῆρι δίκης* id est, Eius, quæ in ius seruitutis ex libertate potu- latur, dominum, visque ad exitum iudicij, non eum esse, qui contra libertatem, sed qui pro libertate pugnat. Item ubi Appium ita locutum scribit, *ἔγω τὸν μὲν γάμω δικῶν τοῦ δ' ὑπὲρ τῆς ἐγγυθῆσως ἦ εἰς δουλείαν ἀγορεύου κέλευσιν, εὐδὸν κ' ἔσθ' ἂν τῶν ἀγαθημῶν εἶναι τὸ σῶμα μὴ κῆρι δίκης* δουδὲ καταλίσσεται ἂν, ἢρ ἀντ' ἔσθ' ἂν κούριον εἶναι τοῦ δίκαιου ἢ δουλείας, δουδὲν ἐν τῶν ἦ ἀνὶ ποινησίῳ, κούριε καὶ πατρὶς ἢ μὲν ἀγορεύει περίεσθ, τὸρ πατρίῳ κούριε ἦ εὐματ' ἔσθ' ἂν δίκης ἐπὶ δ' ἔσθ' ἂν ἔσθ' ἂν τὸρ κούριον ἀποσπῶν ἐγγυθῆσως ἀγορεύει δούτας, κατὰ τὴν ἐν τῶν ἀρῶν τῶν πατρῶν ἀντὶς παραβύτας. Id est, legem quidem de vindictis eorum qui in seruitutem afferuntur, non ignoro: quæ vetat eum, de quo agitur apud assertorem esse, visque ad exitum iudicij: neque verò sciens prudens, velim eam legem violare, quam ipse scripsi. Sed cum inter eum qui se dominum, & eum qui se patrem asserit controuersia est, æquum esse arbitror, siquidem amba adsint præsentem secundum patrem vindicias dari, visque ad finem iudicij. Cum verò ille ablit, eum qui se dominum esse ait, puellam abducere, prædesque idoneos dare sitendi eam apud magistratum, quando pater ipsius aderit. Quo in loco, vindicias, ἐγγυθῆσως Græcè dixit: verbo fortasse non satis ad eam rem accommodato. Sed & alio loco non nihil à verborum proprietate deflexit, cum eundem Appium his verbis decernentem inducit, *μαστὴρ τὴν αὐτῶν ταῦτα καὶ κείνῳ εἶναι τὸρ τῆς παιδῆσως κούριον*, id est, Hoc ego pronitor ac iudicio, hunc puella dominum esse: non enim liberalis causa hæc erat, quam aliqui tribus actionibus ex Lege xij. tabul. exerceri oportuisset, quemadmodum in. 9. præiudiciales docuimus. Sed his sola vindictarum apud Magistratum insi- tuta erat. Quæ cum ita sint, patere illud arbitror si postulare vindicias ἢ nihil aliud est, quàm possessionem petere: dare, dicere, decernere vindicias, nihil esse, quam decreto possessionem attribuere, quod proprie addicere appellari, & Vlp. & Caius antiquior in Institutionibus ostendunt: cum aiunt actorem vindicare, Reum cedere, Prætorè addicere. Nam siue reus cedat, siue contra vindicet (vt fecit Virgineus) tamen arbitratu suo Prætor addicit: itaque cum Lilius ita scripsisset, id quod constat, nudum videtur proponendum: Appium Decemvitem decreuisse vindicias secundum libertatem: aliquot paginis interiectis sic inquit: *Quæ liberum corpus in seruitutè addixisset. Nā quibus verbis ἢ Prætoris in decernendo vtebantur, ea omnia in hoc genere vsurpari comperio: DO DICO ADDICO.* Quæ propter non multo post Lilius ita scribit: *Vnus tantum criminis nisi te vindices, ab libertate in seruitutem contra leges vindicias non dedisse, in vincula te duci iubebo.* Item, *Audita vox vni, vindex libertatis, ex eo missa ore, quo vindicij nuper ab libertate dictæ erant, silentium fecit.* Itè se iterū ac sæpius iudicè illi ferre, in vindicias ab libertate in seruitutè dederit. Itè. *Quod in vrbē fuerat cū iniuste vindicæ à collega diceretur.* Et *Asconius in Cornelianā, Quis ille ex Decemviris fuerit, qui contra libertatem vindicias dede-*

rit, & quis ille pater contra cuius filiam id decreuit. Itè in Gellius lib. xx. Cap. ix. *Postquam Prætores proficisci vindictarum dicendarum causa longinquas in res grauabatur.* Verum hac quidem de re, plus satis. Nunc illud videndum est, **10** *ecquid inter vindicationem ἢ & vindicias intereiret: nam ex superioribus perpicuum esse arbitror, vindicationem esse ipsam vindictarum postulationem: vindicias verò ita possessionem significare, vt etiam interdum rem ipsam possessionem complectatur.* Nam Festus libro xix. *Vindicia, inquit, appellantur res ea, de quibus controuersia est: de quibus Cincius sic ait, Vindiciae ἢ olim dicebantur, quæ ex fundo sumptæ in ius allatæ erant.* Seruius Sulpitius vindictiam esse ait ab eo, quod vindicantur res ex controuersia. Cum autem Gellius supradicto loco moris fuisse dicat, vt cum litigatores in rem præsentem venissent terræ aliquid ex agro, vt vnam glebam, in ius in vrbem ad prætorē deferrent, & in ea gleba tanquam in toto agro vindicarent. Consentaneum est ei maxime, quod Cincius dixit, vindicias ex fundo sumi, & in ius afferri. Quod etiam ab eodè Felto confirmatur, qui in libro xvij. in voce Superstites, scribit lege iuberi, vt ij inter quos controuersia est, superstitibus præsentibus vindicias sumant: quo ex loco venit mihi in mentem suspicari, Legem xij. his conceptam fuisse verbis, **SI QVI IN IVRE MANVM CONSERVNT, VTRIOVE SVPERSTITIBVS PRÆSENTIBVS VINDICIAS SVMPPTO.** Amicos enim vtriusque in rem præsentem venire solitos, patet ex Oratione pro Cæcina, & lib. de Officij. **Quo in conuentu quemadmodum vis moribus, id est, commissis festiuis, fieret, copiose in Commentatio xij. tabularum demonstrauimus.** Deinceps querendum videtur, ecquæ tanquam vindicationis formula fuerit: Nam huius rei nobis existit mandari facultatem, Boetius in Topica Ciceronis præbuit: vbi ait, eum qui vindicabat, hæc verba tollentia dixisse: **HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIQ.** Opinor enim addendum præterea, **E IVS QVE VINDICIAS MIHI DARI POSTVLO.** Nam si aduersarius responderet: *At ego eundem meum esse aio, ac secundum me dari vindicias postulo: tum prætor ei, opinor, qui nec vi, nec clam, nec ptecaro ab altero possidebat, vindicias dicebat: quæ verò postea fiebant, superius ex Asconio demonstrauimus.* Nam ei quidem in lite vindictarum explicanda facile antipulamur. Sed in loco Ciceronis interpretando, non nihil ab eo dissentimus: neque instituto nostro alienum videtur, breuiter quantum facultas feret de ea te differere: præsertim cum opinionem meam veterem re diutius considerata & cognita mutarim. Verba Ciceronis hæc sunt: *Si quis testamentum se heredem esse arbitraretur, quod tum non extaret, lege ageret in hereditatem, aut pro prædelitis vindictarum, cum satis accepisset, sponsonem facerent de hereditate certaret. Principio cõlat* **13** *Lege agere in hereditatem, nihil aliud esse, quàm hereditatis petitionem (vt Iurificus loquitur) intendere: quod ex his locis confirmabimus. Plin. lib. vij. Papin. prætor secundo herede lege*